Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38166
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

modo persequentium sol& cessari iniquitas; Adicit ad
uiuam me. quasi contra inmanem beluam; Ostendit cru-
delissimum leonem saeuum; paulo minus consummauerunt
me in terra. & inmunitate persecutionis ostendit. & se-
tamen non defecisse domini munere declarauit; uerbum
autem consummauerunt & perfectionem significat & defectum
sic dicitur consummatum est id est perfectum; In terra id est in hoc
mundo; Ego autem non dereliqui mandata tua; & usque
ad finem eius constantia peruenit &. sic dicitur qui perseuerauerit
rit usque in finem hic saluus erit; Secundum misericordiam
tuam uiuifica me; uiuifica dixit in illa me & in aeterna con-
stitue. ubi scis uitae; & custodiam testimonia oris tui
usque ad finem uitae suae adiuuante domino custoditurum
se talia promittebat; LALETH.

In aeternum domine uerbum tuum permanet in caelo; In caelo hoc est in uno
quoque sancto. quos de morte facit uiuere. siue in angelis
uirtutibus que caelestibus; Manet enim in eis semper uerbum
quod illi iugiter in ministerio firmissima deliberatione
tione consistunt; In generatione & generationem
ueritas tua; In generatione & generatione duos populos significat.
unum ex iudeis alterum ex gentibus; quid non praestante cre-
diderunt. In quibus est ueritas id est ipse dominus christus. qui eis
& donauit credere & in fundamento fidei permanere;
Fundasti terram & permanet; quod decet omnibus potentem intel-
legi qui sic fundatus ut in christi domini credulitate permaneat;
Ordinatione tua perseuerat dies quoniam omnia seruiunt tibi.
Hic ille dies uenturus significatur qui uri atque & non est
de quo dicitur & erit illis dominus lumen aeternum; adicit omnia ser-
uire creatori qui pro sua uoluntate & temporalia